

Bona conscientia parit lætitiã, quæ totius orbis gaudiæ immensum superat. Hæc autem conscientia est fructus seriæ penitentię. S. Maria Ogniacensis de remissione peccatorum, extra se respicitur, & præ gaudio sine fine jubilabat: Ibi in S. Sanctorum, & qui sunt Sancta Sanctorum? &c. Idem legitur de S. Petro de Alcantara, de S. Francisco Seraphico, & aliis. C. Prov. 13. v. 30. Item 1. Petr. 3. v. 31. Vide Tit. Conscientia bona, &c.

297. Debet esse proportionata peccatis.

Christus ter quæsit Petrum, *Amas me?* Cur ter? Respondet Cyrillus: ut trina confessio trine negationi responderet. M. conc. 8. aff. 3. num. 8.

Magdalena per omnia instrumenta peccatorum penitentiam agit. M. lb. nu. 9.

Ex facilitate penarum, quas sæpe Confessarii injungunt, fit, ut peccatum prolevi malo reputetur. Si in usu adhuc essent penitentia in primitiva Ecclesia injungi solita, non is flagitiorum torrens Christianas provincias inundaret. *Omnis curatio, quanto difficilius acquiritur, tanto acquisita cautius custoditur.* Ait S. Gregorius. P. p. 3. disc. 19. n. 13.

Quæ causa est, quod pro gravissimis peccatis levissimæ penitentia agantur? Non alia, quam quia deformitas, & atrocitas peccati non satis consideratur. Nullus est, qui agat penitentiam super peccata sua dicens: quid feci? Si rite attenderecur damnum peccati, & injuria, qua afficit Deum, dicendo: *Quid feci?* profecto peccata atrocissimis penitentia castigarentur. P. p. 3. disc. 19. n. 14. & 15.

S. Ambrosius ait: *Facilius throni qui innocentiam servarunt, quam qui congrue agerent penitentiam.* Nimirum quia voluntarie castigaciones non proportionantur peccatis. C. Lev. 12. v. 3. ad finem.

Naaman Syrus justus est a Propheta fœpries lavari in Jordane, per unam vicem non recuperasset sanitatem, quia læra est morbus valde pertinax; ita peccatum, idque valde intentum, aut sæpius repetitum morbus animæ est longe gravior, quam quod uno actu penitentiæ perfecte corrigi, & emendari possit. Repetendæ sunt animi compunctiones, suspiria, læryma septies aut septies, &c. S. Petrus Apostolus, S. Magdalena, S. Maria Ogniacensis, S. Guillelmus Dux Aquitanæ, alique penitentes toties in fletus & gemitus eruperunt, quoties recordati

S. Gregorius
1. P. p.
1. Num.

S. Ambrosius
1. 2. de
sanctis.

sunt, quod Deum offenderint summum Bonum! Qui post penitentiam redit ad priora mundi oblectamenta, inanis penitens est; quia qui illicita perpetravit, etiam licita sibi interdiciere debet, ait S. Gregorius, &c.

Temperantia.

298. Quid sit? & quæ ejus effectus?

Se virtus moralis, cuius præsidio cohibemus appetitus passionem, quæ versatur circa delectabilia sensuum, præcipue gustus, & tactus, ad quorum duorum sensuum functiones aliorum sensuum actus ordinantur. Sæquetur Via Vitæ æternæ.

Ejus officium est, moderari facultatem concupiscibilem, eamque revocare ad distam rationis; adeoque sicut appetitus irascibilis a fortitudine, ita concupiscibilis a temperantia, circa res delectabiles, suam regulam, & perfectionem accipit. Hinc homo temperans semper sibi erit æqualis, mores habebit semper compositos, vitium semper uniformem, cui nec ira nubibus obducit frontem, nec furor ex ore perstrepat, similis verticis Olympi, ubi eadem semper ferentis.

Actus principalis temperantiæ est moderari appetitum oblectabilium, eo utque, ut eorum usus non generet voluptatem superfluum, neque carentia generet superfluum dolorem. Ipsa æquilibrium tenet inter lærymas & risum, inter suspiria & jubila, inter desideria & dolores! Et sicut fortitudo audaciam efficit timidam, timiditatem audacem; ita temperantia iusto æquilibrio mediocritatem efficit delectabilem, delectationem mastram, ut unum & alterum reducat ad mediocritatem honesti.

S. Augustinus ait: Munus temperantiæ est in coercendis, sedandisque cupiditatibus, quibus contrariamus in illis, quæ nos avertunt a legibus Dei, & fructu bonitatis ejus. Eius officium est contemnere omnes corporeas illecebras, laudemque populorum, &c. Et S. Prosper: Temperantia facit abstinentem, parcum, sobrium, moderatum, pudicum, tacitum & verecundum: hæc virtus, si in animo habitat, libidines frangat, affectus temperet, desideria sancta multiplicet, vitiosa castigat, omnia inera nos confusa ordinat, ignem libidinose voluptatis extinguit, mentem placita tranquillitate componit, & totam ab omni semper tempestate vitiorum defendit. Et denique Seneca: Temperans,

S. Aug. 1.
de Niv.
Eccles.

S. Prosper
de Vita
contem-
pli.

Seneca
Ep. 10.

rantia voluptatibus imperat, alias odit, & abigit, alias dispensat, & ad sanum modum dirigit, nec unquam ad illas propter ipsas venit. Scit optimum esse modum cupitorum, non quantum velis, sed quantum debeas sumere, &c.

Abstinentia: Jejunium, &c.

299. Est homini perquam utilis.

Christus, quæ vesceris, erit in pondere, idem moderatus &c. S. Pun. 91. fol. 285. Disciplinato bene instituto vinum exiguum: ubi Rabanus: Tenuis victus tam animæ, quam corpori utilis est. Et Sanctus Hieronymus: cibus simplex modicus, minus onerosus: impeditur cruditas stomachi, insomnia, cholera, brevitatis vitæ &c. S. lb. fol. 286.

Abstinentia prodest sanitati, castitati, & sapientiæ. C. Gen. c. 9. v. 21. Sanchez 5. part. c. 7. fol. 515.

Temporibus ante diluvium probabiliter nondum erat licitum caribus vesci: gregibus ovium & boum autem tantum utebantur Veteres ad sacrificia, item ad lanam, lac, caseum. Dein diuturno tempore ex uno cibo comedere mos fuit antiquorum. Et tamen illi homines corpore, anima, & fortuniserant felices. D. 10. 74.

Hominem omnino idoneum facit ad contemplanda caelestia. S. Chryostomus vocat jejunium scholam precum, & merito; nam pinguis venter, ait S. Hieronymus, non gignit tenuem mentem. Accipiter bene pastus non volitat, nec intellectus post multas epulaselevatur. Daniel per jejunium idoneum se fecit ad visionem. S. punct. 90. fol. 285.

S. Chryostomus
ser. 1. de
jejunio.

Tempore calamitatis vel publicæ, vel privatae ad jejunium confugiendum est, ut per penitentiam Dei ita placeat: Jejunium, ait S. Chryostomus, Dei tentationem revocat, & immortalitatis est conciliator. Ita Josaphat obsessus a Moabitibus, Ammonitis & Idumæis toti Judææ jejunium imperat, & a Deo auxilium per miraculum obtinet. Israelitæ obsessi a Philistinis tempore Samuelis jejunantes, eos profugant. Imminente Judæis excidio Chaldeorum illis evidenti hoc dat remedium: *Sanctificate jejunium.*

Sic Josaphat, Ezechias, Manasses, Juditha, Mardocheus, alique in suis afflictionibus jejunio remedium quarunt. B. Sermon. 45. n. 21. C. Zach. 7. v. 3.

Et Urbs Ninive jejunio excidium avertit. S. punct. fol. 29. Et C. Ibidem. D. Claus Spicil. univers. Paris II.

Sobrietas est Mater sapientiæ, tum quia caput facit serenum, spiritusque animales facit aptos ad speculandum, tum quia anima, quo minus occupatur cibo, eo magis intendere potest studio, & contemplationis. Experti id sunt homines ante diluvium, qui vino abstinentes fuerunt longevi, & sapientes: Item Nazarii, & Rechabite, Moyses & Elias, Joannes Baptista, Paulus Eremita & Cenobitæ omnes, &c. C. Dan. 1. v. 17.

300. Est necessaria ad vincendas tentationes.

Cui jejunium necessarium non est? Respondeo illi, qui carnem non habet. Mulieribus jejunare necessarium est, sicut respirare. S. Chryostomus ait: si in Paradiso necessarium fuit, extra Paradisum multo magis. S. punct. 95. fol. 290.

Job cur tam fortis erat contra tentationes? ex jejunio. Contra gulosi statim vincuntur: sic quinque Reges contra quantum succubuerunt, quia luxui dediti erant. S. punct. 96. fol. 290.

Contra Amalec jejunio pugnatur: S. Ambrosius ait: jejunii hominis spiritum si serpens gustaverit, moritur: ita serpens infernalis jejunio vincitur. S. lb. fol. 291. Sicut obdians urbem ante omnia curare debet, ne annona in urbem veniat: ita volens expugnare tentaciones ante omnia corpus jejunio mortificare debet. Sanchez 5. part. c. 7. fol. 524.

Draco venenosus ad vastitatem usque affligebat viciniam: fratres autem decem diebus jejunantes sputa congererunt in pelvium, eaque devoranda dederunt Draconi, & iste occisus est. Parem in modum fugatur infernalis Draco. E. Verbo Abstinentia, ex. 12.

Quid est, quod Juvenis castissimus Joseph carnem habuit quasi spirituales? Lippomanus ait, quia e cibis Domini nihil præter siccum panem edebat.

Abraham cum dimisit Agar, nullum vitium illi dedit præter panem, & aquam: Procopius, & Sanctus Antonius aunt: Agar interpretatur *suscitans festam*, & denotat carnalem voluptatem: hæc melius domari non potest, nisi pane, & aqua. S. punct. 93. fol. 288.

Sanctus Hieronymus ad Eustochium: Hoc dico, non quod Deus intestinum nostrorum rugitu, & inanitate ventris delectetur, sed quod aliter pudicitia turba esse non possit. S. punct. 93. fol. 16. Sanchez 5. part. c. 7. fol. 517.

Juditha Holofernem victura ieiunio famulavit. M. conc. I. aff. 2. n. 2. Angeli Eliam frugaliter pascent, quia ieiunio vincere debebat Jezabelem. Samson fortissimus erat, quia a Matre in ieiunio conceptus. M. lb. nu. 3. 4. Daniel leones, tres pueri ignem vincunt ieiunio. M. lb. n. 5. 6.

301. *Approbatur & grata est Deo.*

Princeps hereticus in Polonia pro Feria sexta Parasceves in odium Catholicæ fidei convivium parat ex carnibus, & ad eas vendendas Sacerdotem comminatione mortis cogit: ille procius in genua Dei auxiliium implorat. Etece! astitit & volucres affluunt, plumis revixerunt, & fugerunt. Princeps fuit conversus. J. 175.

Cassian. collat. 21. c. 28.

Ieiunium Quadragesimale est quasi decima pars anni, per quam decimam Deo pendimus, ait Cassianus. C. Exod. 24. v. 18.

De multis Sanctorum legitur, quod cito ieiunii quadragesimalis tempore ab omni esu abstinerint. Hi certe vitam progare non potuissent, nisi a Deo prodigiis fuissent conservati. S. Maria Ægyptiaca 47. annis vixit in eremo, primis septendecim annis non nisi duobus panibus, quos secum domo attulerat, reliquis autem triginta annis sine omni cibo vegetans, ac vestibus consumptis nuda, frigore & aestu tosta, ita ut athyopsis videretur. C. Deut. 8. v. 4.

Ex Scriptura & Historiis habetur, quod tempore calamitatis publicæ iracundia punientis Dei fuerit mitigata per ieiunium populi. Sic Ninivæ per triduanum ieiunium avertentur excidium ubi, &c.

302. *Quadragesimale, unde? & quomodo?*

Ieiunia Quadragesima vocantur etiam stationes, ad imitationem quadraginta annorum & stationum, quas Israelitæ in sua peregrinatione fecerunt. *Quid est Ieiunium? est statio*, ait Pastor. *Stationes vocantur ieiunia*, ait Ambrosius. C. E. xod. 24. v. 18.

Psalm. 1. c. 5. Ambrosius. Serm. 75.

Simeon Scilites viginti octo Quadragesimas sine ullo cibo transiegit. Christiani sic servabant ieiunium, ut decem soles sine cibo transierent. Quidam Monachi viginti dies ac noctes cibo abstinebant, unus omnino ad quadraginta dies ieiunium prostravit, &c. C. Exod. 24. in fine.

In primitiva Ecclesia hoc ieiunium iam erat de consuetudine, quamvis nondum ubique locorum fuerit receptum in le-

gem. Telesphorus Pontifex constituit, ut a Dominica Quinquagesimæ ieiunium inchoaretur, verum hæc eius constitutio tantum consuetudinem, non legem induxit; sic legitur, quod S. Spiridon hospiti carnes appoluerit. Tandem ab Ecclesia lege sancita, & confirmata est. C. ad Tit. 7. v. 15.

Quadragesimalis ieiunii origo ab ipsi Apostolicis temporibus derivasse creditur: Ad illud tenentur omnes Christiani, præter eos, qui ætate, labore, ad impotentiam excusantur: Ætate excusantur, qui vigesimum primum ætatis annum necdum compleverunt, & senes sexagenarii decrepiti. Labore excusantur, qui tam operosa occupatione fatigantur, ut ieiunio ferendo pares non sint, uti servi, agricolæ, fabri, alique. Impotentiam excusantur agroti, pauperes, itineraentes &c. Ad substantiam huius ieiunii tria requiruntur. 1. Abstinencia ab esu carniū. 2. Unica refectio de die. 3. Certa hora refectio, quæ est circa meridiem, nisi aliud necessitas loci, aut necessitas studii, &c. Quæres, an per vespertinam collationem frangatur ieiunium? Respondeo non frangitur, si moderata illa sit, & quartam partem prandii non excedat. Ita passim Auctores, &c.

303. *Docetur exemplo etiam gentium, & Veterum.*

Moscovitæ feris esurialibus magis quam aliæ gentes sunt obnoxii: toto annu paucis diebus licet comedere carnes. Primum ieiunium ante Pascha durat octo septimanis. Secundum incipit post Dominicam primam Trinitatis & finitur in Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli. Tertium sumit initium die prima Augusti & finitur decima quarta ejusdem. Quartum appellatur ieiunium S. Philippi, & incidit in diem duodecimam Novembris duratque sex septimanis. VV. Art. disc. Font. 40. Ex. 7.

Populi Calecutiæ, præsertim nobiles, nec pisces, nec carnes, nec quidquam comedunt, quod vitam aliquando habuit. VV. art. disc. font. 40. ex. 8.

Ita abstinentes fuerunt Enos, Henoch, Mathusalem, Noe. Ita Nazari, & Rechabiz abstinentia commendantur. Moyse & Elias 40. dierum ieiunio visionem Dei meruerunt. Paulus Eremita, Antonius, Hilarius vitam quasi Angeli in abstinencia & contemplatione duxerunt. C. Gen. 9. v. 21.

Perse ad panem non nisi naturium adhibe-

buerint, tumque floruerunt virtute, orbis imperium per 200. annos tenentes.

Ægyptii Sacerdotes carne, vino, olivis, & lacte semper abstinerunt, ut intentius Divinis vacarent, & libidinem restingerent, &c. Socrates rogatus, qua in re ab aliis hominibus differret, respondit: *Alii vivunt, ut edant, ego edo, ut vivam.* C. Ibid.

304. *Prolongat vitam.*

Chryostomus vocat ieiunium *pharmacum immortalitatis*: primis quinque diebus creationis, ait Ambrosius, nihil Deus de cibo locutus est, sed primum sexto, ubi bestia creata fuit. S. punct. 92. fol. 237.

S. Paulus Eremitarum primipulus vixit annos centum & quindecim. Antonius centum & quinque, Paphnutius nonaginta, Hilarius octoginta quatuor. Jacobus centum & quatuor. Macarius nonaginta octo. Arsenius centum viginti. Simeon Scylica centum & novem. Romualdus centum viginti. Et hi omnes in solitudinibus visitantes, non nisi pane, aqua, leguminibus, herbis, & quidem vix una aut altera vice in hebdomade reficiebantur. D. 5. 68.

Homines ante diluvium ab omni esu carnis abstinerunt, & tamen vitam ad annos aliquot centenos producerunt. C. Gen. 9. v. 12. Priscini Anachoretæ erant admirabiles in ieiunio & abstinencia, & tamen plerumque ultra centenos vivebant.

Sicut gula plures occidit, quam gladius propter crudam, ac turbulentam concoctionem, & nocivos humores, quos immoderatus esus, & potus in stomacho relinquit: ita ieiunium & abstinencia digerit, & consumit vitiosos humores, & itape, quod non valuerunt medicinæ, & grostantem valetudini restituit, &c.

305. *Docetur exemplo Sanctorum.*

S. Maria Ægyptiaca duobus panibus septendecim annis vivit. C. Deut. c. 8. v. 4. Moyses ieiunavit usque ad quadragesimum diem. S. Catharina Senensis ieiunium quadragesimale sola quotidiana Eucharistia præterivit. Korm. fol. 114. Frater Niccolans in Helvetia per viginti & unum annos sine omni cibo corporali vixit. lb. 115.

Cum S. Fructuosus Episcopus & Martyr ad necem duceretur, oblata sunt ei aliqua condimenta, & vinum: at ille recusavit oblata inquit: nondum est hora solvendi ieiunium. D. 2. 52.

Primi Christiani in ieiunio quadragesimali debebant abstinere ab omni mactabili, consequenter etiam a piscibus: agrorantibus vix permiserunt olei, & vini usum. S. Afella Virgo tota majore hebdomada nihil obsonii gustabat; aliqui Monachi decem, alii viginti diebus ab omni esu abstinebant. D. 3. 11. D. 12. 4.

Ludovicus Pius Rex Galliarum ante mortem per dies quadraginta nihil cibi gustavit. Albertus Magnus testatur senovisse Matronam Colonia, quæ interdiem per viginti dies impassita vixit &c. D. 3. 45.

Abbas Palamon tempore Paschæ petebat a Pacomio convivio excipi, & Pacomius apposuit illi herbas cum oleo. Ille autem ferè incepti dixitque: Dominus meus Christus in cruce pendet, & ego oleo fruar? his dictis panem solum & aquam gustavit. Sanchez 5. part. c. 7. fol. 371. &c. Vide Tit. *Penitentia Sanctorum*, Mirabilis in ieiunio & inedia. Et E. Verbo abstinencia, ex. 7.

Quærens quidam Patrum quid heri, quid hodie comedis? respondit heri comedi piscem & olera, hodie olera & piscem. Quid eras & perendis? eras comedam piscem cum oleribus, & perendis olera cum piscibus &c. E. Verbo *Abstinencia*, ex. 8.

Continuo per omnem vitam abstinebant Sancti a vino. C. Levit. 10. v. 9.

Humilitas.

306. *Fugit dignitates & laudes humanas.*

S. Augustinus Gregorius Magnus in spelunca se abdit, ne ad Pontificatum & verberetur, e qua per miraculum deinde evocatus est. Petrus Castellus se Pontificatu abdicat: Ambrosius Mediolano aufugit, ne in Episcopatum eligeretur: Joannes Chryostomus in eremum fecedit, ne Episcopus fieret. Ammonius Monachus arculam sibi abscondit, ut ad Episcopale munus inepus fieret.

S. Thomas Aquinas Archiepiscopatum Neapolitanum recusat. Idem fecit S. Philippus Nerius, aliique. B. Serm. 14. n. 21. Sancti contemnunt mundanam gloriam, & laudes humanas: Moyses aperte negavit se esse filium filii Pharaonis. Sanctus Chryostomus ait: *Ulla gloria volo ut ambiatur, cuius laus non est hominibus, sed ex Deo est.* Et alibi docet: contemptum humanæ laudis non Deo similes reddere; sicut enim Deus laudem non indiget, sic gloriæ contemptor Deo similis fit.

fit. S. Clemens Alexandrinus: Si laudare non definitis, ex laude vestra meam conficio impunitatem. S. Macarius, sicut pauperes Monacho divitiæ sunt, ita despectio laus est. Id ipsum & agnoverunt fideles: Seneca ait: *Confœntia satisfat, nihil in famam laboremus*. Cum Pompejus triumphum non admittit, antequam militibus dona petentibus satisfaceret, exclamavit Servilius: Nunc demum video Pompejum magnum esse, & triumpho dignum, &c. Jerem. 17. v. 16.

Christus, ne a Judæis in Regem eligeretur, fugit in montem, erudiens nos fugere mundanas dignitates, ait Chrysofomus. S. punct. 20. fol. 626.

Christus parvulus in mundum veniens, mundana despexit fastigia, in sine humilitatis exemplar. S. punct. 150. fol. 471.

Pater Hurtadas a Carolo V. Episcopo Toletano donatus recusat genibus hanc dignitatem, & ab Imperatore æternam hujus silentium postulat. D. 1. 13.

Sicut carnes non coctæ seu crudæ non sunt conveniens cibus hominis. Ita laus mundana, quæ sæpe tantum ab externa virtutis superficie oritur, non convenit homini Christiano. Ideo homines sancti & vere humiles semper aspernabantur mundi blandimenta, & in id solum erant intenti, ut opera sua a Deo approbentur, qui intima cordis perspicit.

Hunc in finem occultat sua opera: David ait: *Dextera Domini fecit virtutem*, non ego. Quærebant aliqui Christum: *Domine quando te vidimus nudum?* ubi Theodoretus: Hoc proprium est virtutis, ut opes suas occultet: S. Paulus quatuordecim annis occultat suum raptum, & non nisi coactus prodit. S. punct. 21. fol. 472.

307. Est signum prædestinationis.

Sanctus Gregorius ait: *Evidentissimus reproborum signum est superbia, & humilitas electorum*. B. Sermon. 48. num. 37. S. punct. 150. fol. 472.

Hinc diabolus est superbissimus; promissa fuit illi æterna felicitas, si dicere veller: Domine Deus ignosce, peccavi tibi! Et non potuit, nec voluit. E. Verbo *Calpa* num. 2.

S. Antonius audiens, quod necdum ad sanctitatem Corinthii in urbe Alexandria venerit, ipsum convenit, & audit: Quod mane & vespere semper cogitaret, totam civitatem repletam esse sanctis, se solum esse peccatorem, & cum alii salven-

tur, se damnatum iri. Admiratur Antonius æmulari decrevit tantam humilitatem. E. *Humilitas* n. 7.

Christus Dei Filius illustre humilitatis exemplum nobis dedit, dum de celo descendens usque ad mortem: qui ergo ejus humilitatem æmulatur, Christi sunt, id est, conformes idæ humilitatis, sicut contra superbi, imitantes superbiam Luciferi, sunt Luciferiani, &c. C. Ep. ad Philipp. 2. v. 5.

S. Gregorius ait: *Quia Redemptor noster regit corda humilium, & Levitibus Rex dicitur superbiorum, aperite cognoscimus, quod evidentissimum reproborum signum est superbia, & humilitas electorum*. C. Ep. ad Philipp. 2. v. 5.

S. Augustinus ait: *Per superbiam Angelorum creatura cecidit de celo: per humilitatem humana fragilitas ascendit in celum*. C. Prov. 15. v. 33.

Quærentibus discipulis, quis esset major in regno calorum, respondit Christus, quicumque humiliaverit se sicut parvulus iste, hic major est in regno calorum.

308. Acquiritur ex cognitione sui ipsius.

Sicut in percussura cribri remanet pulvis: Ita consideratione sui ipsius humilitas: Noli, o homo, tibi blandiri propter aliqua opera bona: *Exente te*, ait Palatiarius, & *facta bonorum cadente, nihil nisi fursures, & miseriam invenies*. B. Ser. 57. n. 25. M. conc. 20. aff. 1. num. 3. 4. 5.

Siquis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Homo omnino nihil est, & 1. secundum naturam: sicut enim ante sæcula nihil fuit, antequam nasceretur, ita etiam in eodem profundo hæret: cum nihil sit ex seipso. Imago in speculo nihil est quia statim dissipatur cum a speculo recedit: eundem in modum homo imago Dei nihil est; quia statim in nihilum recidit, si Deus vultum avertit, &c. 2. Secundum gratiam: ad quamvis operationem meritoriam indiget homo gratia tam habituali, quam actuali, sine his nihil potest, sicut oculos sine luce nihil videt. 3. Secundum peccatum, quia per hoc redigitur ad statum deteriozem nihilo, juxta Hieronymum dicentem: *Melior est non esse, quam male esse*, &c. Quod si homo nihil est in se, quid erit comparative ad Sanctos? ad Beatam Virginem? ad ipsum Deum? &c. Segn. *Manna* 11. Aug.

Fratres Joseph, quando putarunt se esse innoxios a furto Scyphi, animose responderunt.

S. Greg. 1. 34. M. c. 21.

S. Aug. Hom. ult. inier. 50.

Matth. 23.

Galat. 3.

S. Hieron. in l. 20.

runt dispensatori domus, cum vero Scyphum invenerunt in sacco Benjamin, plus nimis humiliati sunt, & seipso ad civitatem condemnarunt. C. Gen. 44.

Quid est homo in infantia? Ex defectu usus rationis inepus ad omnia. Quid in adolescentia? Ex immaturitate judicii lepidus, imprudens, incautus. Quid in ætate virili? in millenis periculis, laboribus, insidiis, & tentationibus obnoxius. Quid in senectute? repuerascens, sensibus deficiens, infirmus! Quid denique post mortem? Cinis & pulvis! &c.

309. Honorem fugiens honorem consequitur.

Paulus, dum affamat: *Non sum dignus vocari Apostolus* per Antonomastiam hunc titulum *Apostolus* consequitur. Joannes dum se indignum ait tangere corrigiam pedum, tangit caput Christi. Centurio dum se indignum fateatur, in domum recipit Christum. S. punct. 150. fol. 471.

S. Alexander, quia egregiam formam, & profanam scientiam in via salutis sibi nocturam metuit, carbonarium agit, a quo villi munere autem in Episcopum urbis Cumanæ Deo disponente vocatur. R. cent. 2. part. 2. mir. 17.

Moyfes ineptum se reputans ad legationem sibi a Deo oblatam, constituitur Deus Pharaonis. Sic S. Basilius factus est Deus Valentis Imp. S. Ambrosius Justini Imp. &c. dum eos liberrime coarguerunt. *Quantumcumque se deposuerit homo in humilitate, tantum proficit in altum*. C. Exod. 7. v. 1.

S. Augustini pronuntiatum est: *Quanto quis humilior erit in seipso, tanto major erit in conspectu Dei*. C. Prov. 15. v. 33.

Honor mundanus comparatur umbræ: qui umbram solis insequitur, hunc illa fugit, & qui umbram fugit, hunc illa insequitur. Ita ille, qui honorem mundanum contemnit, honoratur, amatur: & qui honorem ambitiose quarit, despicitur, irridetur. S. Alexander prælara progenie natus, ut mundi applausum fugiat, in filius carbonarium egit. At dum ego sanctitatis viciniam innotuit, ad solum Episcopale evectus est, &c.

310. Est fundamentum aliarum virtutum.

Non inveni tantam fidem in Israel. Quid? An ergo centurionis fides major erat, quam Abrahami? Respondeo: si

res utut parva supra magnum fundamentum ponatur, magna videtur: ita fides centurionis erat posita supra magnum humilitatem. *Domine non sum dignus*. M. conc. 32. aff. 2. n. 6.

Docet nos implere omnem justitiam. U. bi Glossa: Omnis justitia est humilitas. Sicut omnis injustitia est superbia, qua quis alteri, etiam superiori se anteponeat: ita omnis actus virtutis est humilitas, qua quis Deo, ejusque se legi subjicit, &c. C. Acta Apost. c. 20. v. 19.

Magna dignitas est humilitatis, de qua Climacus: Qui cum hac velut sponsa copulatus est, lenis est, placidus, pronus in compunctionem, misericors, super omnia serenus, tranquillitas, letus, alacer, obsequens, omnium molestarum expertus, vincit, impiger, & imperturbatus. C. in Matth. 11. v. 29.

Humilitas omnium virtutum fons & origo. 1. Quia est compendium doctrinæ & perfectionis Christi. 2. Sedes pacis & concordiæ. 3. Levamen omni laboris, & oneris. 4. Schola Christi juxta illud: *Discite a me*. &c. 5. Soror & focia mansuetudinis, &c. Matth. 11. v. 29. Vide C. 1. Petri 3. v. 8.

In picturis artificiosus umbra fere nigricans color necessarius est, quia per hunc ceteri colores, quasi per antiphrasiam accuntur, & elevantur. Ita ceteræ virtutes in oculis Dei & hominum non fulgent sine humilitate, &c.

311. In bonorum fastigio recordatur vilis origo.

Josephus Prorex Aegypti non superbia elatus est. Villegius Elector Moguntinus rotam semper ante oculos habere voluit, ut sic Patris meminisset. Benedictus XI. non vult agnoscere Matrem, nisi in vestitu triviali. Franciscus I. Galliarum Rex captus in partem scripsit: *Hodie mihi, cras tibi*: Cui Carolus V. Imperator subscripsit: *Homo sum, nihil humani a me alienum fuit*. C. Gen. c. 43. vers. 23. Historiam de Benedicto IX. enarrat etiam Menochius centuria 1. c. 12. E. *Humilitas* num. 1.

Episcopus Parisiensis humiliter origine natus Matrem vestibus pretiosis ornatam distulmat agnoscere; indutam autem paupericulis lacrimis amice excepit. E. *Humilitas* n. 30.

Quis esset in Regem, tamen ex mandato Patris portabat victualia fratribus, qui-bus prælestus fuerat.

peccatore æternæ sapientiæ haurire arcana celestia, unde quasi Aquila libravit se ad thronum SS. Trinitatis. S. Thomas Doctor Angelicus, angelicam habuit castitatem, in exili ab Angelis cingulo castitatis accinxis. S. Laurentio Justiniano Juveni, apparuit Dei sapientia eique, si vellet sibi desponsari, pacem animi appromissi. Idem contigit S. Henrico Susonia, qui propterea Minister æternæ sapientiæ vocabatur. Simili modo æternæ sapientiæ, Christus Dominus despondit sibi S. Catharina Senensium, quæ licet licet rerarum rudis subtilissimorum mysteriorum intelligentia, & spiritu prophætico claruit. Anulus hujus desponsationis adhuc Romæ asseratur, &c. Causa est, quod sapientia dei sapientiæ Dei participatio, requirit ergo cor purum & celeste, &c. C. Jac. 3. v. 17.

317. Quomodo conservari debent.

Tantum ago scunt S. Patres in conservanda illibata castitate difficultatem, ut quidam ait: Majus est miraculum de carne propria fomitem eradicare luxuriam, quam expellere immundus spiritus de corpore alieno. Quid ergo agendum ad conservandum hunc thesaurum? Cassianus ait: Sex sunt, quæ in corruptam conservant castitatem: Sobrietas, operatio, asperitas cultus, inhibito sensuum, raritas sermonis cum honestate, evitatio opportunitatis, & personæ, & loci, & temporis, &c.

Qui caste capit vivere, hæc monita sibi commendata habeat. 1. Omnem illicitum carnis congressum, familiaritatemque fugiat. 2. Ab opere carnis etiam licito abstinere. 3. Desideria carnis mox retundat, & nec minime consentiat. 4. In cogitationibus non immeretur, sed statim illas deprimat. 5. Aspectus, tactus, & motus, qui ad opus nefarium provocant, fortiter cohibeat. 6. Vel in somno illecebrosi phantasmatis repugnet. 7. Memoriam rerum turpium, quas audivit aut legit, cum contemptu rejiciat. 8. Alios etiam motus, qui ex causis mere naturalibus confurgunt, compescat, quem gradum a paucissimis obinet, ait Cassianus, &c.

S. Bernardus ait, Virginem debere esse Punicam, & verecundam, paridam, circumspiciam, nubi penitus admittentem, quod convocat gloriam conscientie atque salutis. C. Ila. 56. n. 5.

Castitas & Virginitas maxime conservanda est mortificatione (quam cythara

In Collatione PP.

Cassianus super Math.

S. Bern. Serm. 85. in Cant.

Davidis compescens demonem significat) sicut enim in honoribus humilitas, in opibus paupertas; ita & in deliciis periculatur castitas: id sensit, & docuit S. Carolus Borromeus scribens ad aliquem Cardinalem: Sine penitentia, & asperitate vite, impossibile est servare castitatem. C. Apoc. 14. v. 2.

318. Male custoditur inter evagationes, curiositates &c.

Sponsa in Canticis quæsit, ubi Sponsus cubet in meridie? cur de meridie sollicita est: ubi ergo invenire deberet noctu, si necesse foret? Villaregius respondet nomine sponsæ: Noctem non exibo: Quid? etiam Sponsi, id est Christi gratia non? Non: Ad eo periculosum feminis non recidit noctibus, ut nec preteritum Deum querendi domum relinquunt in nocte.

Dina Jacobi filia ex curiositate videntibus mulieres alienigenas egressa est, sed hæc curiositas innumera mala post se traxit: a Principe Sichem desolata est: cædes, rapinæ, bella, incendia secuta sunt: S. Bernardus exclamat: Quis crederet tunc illam tam curiosam curiositatem, vel otiosam curiositatem fore post se non otiosam, sed tibi, tuisque hostibus tam perniciosam. B. Serm. 36. num. 19, 20. Serm. 46. num. 21. C. Gen. 34. v. 25.

Impudicus oculus impudici cordis est nuntius, solo aspectu, etiam intactis corporibus fugit castitas, ait Sanctus Augustinus. S. punct. 114. fol. 347.

Eva dum e Paradiso prospicit, serpentem videt, unde omnis calamitas originem duxit. M. conc. 5. aff. 2. n. 1.

Mulieres sanctæ ad sepulcrum venerunt orto jam sole: sol maturus solito illa die ortus est: Quare? Respondeo ne mulieres inter tenebras irent, quod suspecta res est. B. Serm. 46. n. 21.

Maria non erat in horto, dum filius capiebatur, quia non decebat noctu foris esse. M. conc. 5. aff. 2. n. 9.

Cur Martha & Magdalena non ipse eucurrerunt, & mortem Lazaræ Christi nuntiarent? Respondet Cardinalis Hugo, quia discurrere, & vagari est signum inverecundæ mulieris. M. conc. 5. aff. 2. n. 3.

Beatissima Virgo tribus mensibus latet in domo Elisabeth. M. lb. n. 4.

Quidam curiosus ascendit in arborem, exploraturus, quid in specu contigua faceret S. Acepimas Monachus: sed male cessit illi curiositas, quia momentaneè fuit correptus a paralyti, nec antea sanatus, quam arbo-

Villaregius. 1. 2. 14.

S. Bern. de virg. humil.

Sulpit. Dial. 2.

Tertul. 1. de cult. se depinerat.

Baron. an. 246.

arborem illam excidit. Similiter mulier quadam, quæ de recto suæ domus proficiens explorare volebat, quid ageret in sua solitudine S. Virgo Moneganda, cæcitate punita est. Quod istis curiositas nocuit corpore tenus, sæpe aliis nocet in anima, &c. D. 8. 55.

Apud veteres Romanos non erat mulieribus licitum interesse spectaculis: Sempronius Sophus ideo suæ conjugii repudium dedit, quia sine sua licentia interfuit spectaculo. Quare? quia spectatum veniunt spectentur ut ille, iste locus castæ damna pudoris habet. D. 9. 75.

S. Cyprinus ait: Diabolus offert oculis formas licites, & facit voluptatis, ut visus destruat castitatem. D. 12. 77.

Quid plucritius, quid amantius, quid odoratu gratius est Rosa? & tamen cum ejus folia manu continentur, inamnum odorem spargunt. Ita Virginitas castitas, si libere se oculis & manibus aliorum exponit, coram Deo foetet. VV. Artic. difc. Font. 12. Ex. 18.

In Mosevica mulieres, tanquam captivæ, domicustodiuntur: quæ in publicum prodit, pro inhonestæ habetur. VV. Artic. difc. Font. 40. Ex. 7.

Dina curiositatis causa in urbem Sichem egressa a principe gentili turpiter desolata est, & innumera mala consecuta sunt. Oportet ergo Virgines nendo, ac texendo domi concludi: Mulier intra murorum munimenta se continet, cuius prima virtus est, non videri, ait Sulpitius. C. Gen. 34. v. 1.

319. Non invenitur apud vestium luvium.

Spiritus Sanctus cellatur: Amicus hominis, & risus dentium, & ingressus hominis emittant de illo. Quid emittant? Cyprinus ait: Ornamentum, & vestium insignia, & lenocinia formarum non nisi prostituta, & impudici formarum congruunt. Et S. Chrysolomus: Ornatus iste habitus adulter est, atque adeo fatalis, ut meretricis, ac Virgines discernere fere nequeamus. B. Serm. 41. n. 32. & seq.

Patriarcha Judas occurrentem sibi Thamar putavit meretricem: Quare? Quia de cultu se depinerat, & ornata erat, idcirco Judæ suspitione visa est quæstus se dare, ait Tertullianus. B. Serm. 41. num. 41.

Beatissima Virginis vestes fuere subternitit coloris: idipsum narrat Baronius de primis Christianis: Nigri coloris indumentum tessera quadam Christianæ Philo-

sophiæ esse videbatur. Et S. Hieronymus: Solent quadam, cum futuram Virginitatem spondiderint, pullatunica eam induere. Quæ furvo operire pallio. D. 4. 76.

In Provincia Pudefætanea arbor est, quæ cum homo accedit, cedit & ramos in se colligit: cum vero recesserit, ramos iterum expandit, unde pudoris nomen consecuta est. VV. Artic. difc. Font. 24. Ex. 12. Sic castitas constituta esse debet: cedere, & accessum hominis vereatur. Vide apud Luxuria tit. Læcivus habitus.

S. Cyprinus ait: Virgines soricum purpuram induite, Christum induere non possunt: auro & monilibus ornate, ornamenta cordis, & pectoris perdidertunt. S. Ambrosius: Quævis femina hominibus splendidior videtur, tanto magis despicitur a Deo. S. Augustinus: Exterioris hominis ornamenta, quanto magis appetuntur, tanto sunt interioris majora detrimenta. Sic passim loquuntur SS. Patres apud C. Ila. c. 3. verif. 26.

320. Quantum estimetur a Christo, & Sanctis.

Cur Christus non venit in mundum nec adular Vir, & corpus suum formavit ex massa terre, velut corpus Adami? Respondeo quia alias non fuisset filius castissimæ Virginis. M. conc. 25. aff. 2. num. 3.

Sancti iacturam vite tolerare malunt, quam iacturam castitatis. Ita S. Thecla, Catharina, Margarita, Barbara, Columba, Marciana &c. B. Serm. 45. 9. 5.

S. Emericus a Patre in Matrimonio collocatus Virginitatem pudicitiam in ipso Matrimonio conservat. Idem fecit S. Eleazarus Comes cum Desina. S. Julianus cum Basilissa sponsa in Virginitate pudicitiam sententiam calico odore reficiuntur, & Christus apparet illis sua nomina in libro vite ostendit. S. Amadoro & Virgini conjugii Angelus pulcherrimæ coronas de celo afferit. Sanchez 5. part. 2. 8. fol. 550. & seq.

Agnes Primislat Bohemorum Regis filia ab Henrico Anglorum Rege, & Federico Imperatore ad nuptias invitatur, illa tamen repellit utrumque & in concubium secedens fe Deo donat. R. t. part. mir. 42.

S. Birgitta, quia amatam a multis precis, rogat, & impetrat a Deo, ut altero oculo fuerit privata, quem dein Monasterium ingrediens a Deo recipit. R. 1. cent. part. 2. mir. 13.

S. Coleta alaudam habuit, quæ cum illa comedere, cantare, & ire solebat in signum

eius castimoniz. Item oviculum pulcherrimum, quæ eam continuo sequebatur, in choro sub elevatione in genua procumbebat. R. r. cent. 2. part. mir. 17.

Picarda Nobilis puella Florentina, cum e Monasterio etiam vi fuit erepta, & contra voluntatem suam a parentibus desponsata, impetrat e celo, ut ejus venustus foetenti lepra fuerit deformata. R. cent. 2. part. 2. mir. 8.

Neo-conversæ Christianæ in India adeo amant Virginitatem, ut se ipsas succo deformarint, ferro candente usularint, fatuas simularint, ne a Principe perperam amentur. R. cent. 3. part. 2. mir. 31.

Virgo Monialis a Principe loci amata, & sub comminatione comburendi Monasterii expetita, oculos sibi eruit, & Principi misit, sicque castitatem servavit. E. Virgo 20.

S. Hieronimus ait: *Virginitas hâstia Christi est.* C. Lev. 1. v. 12. Et S. Ignatius Martyr: *Eas, inquit, que in Virginitate degunt, in pretio habete, tanquam Christi Sacerdotes.* Ibid.

Homines sancti & sanctæ vitæ potius quam castitatis iacturam elegerunt: uti Flavia Domitilla desponsata Aureliano, sponsum repuit, a S. Clemente velum Virginitatis accipiens, una cum illo Martyrium subit. Sic S. Thecla a Paulo conversa nuptias Tamyridis, S. Iphigenia nuptias Regis Hyrcaci, S. Sofanna Diocletiani Neptris nuptias Maximiani Imp. S. Agnes, S. Felicitæ, atque Virgines oblatas nuptiis, sponsoque rejecerunt, &c. C. 1. Petri 3. v. 1.

S. Basilus ait: *Sæva Virginitatem se habitus & incestus exhibebit, ut qui illi forte obvii fuerint, quasi viduum Dei simulacrum aspicientes, faciunt ad reverentiam, & admirationem componant.* C. lla. 56. v. 5. &c.

Virgines, sunt Principes, imo Reginae, & Sponsæ in aula Christi, juxta illud: *Respondi vni vivo virginem castam exhibere Christo.* C. Apoc. 14. v. 1.

Elogia Virginum sunt. 1. Quod sententiam cum Agro supra montem. 2. Quod habeant nomen Dei in frontibus suis. 3. Quod sint cytharædi Dei. 4. Quod cantent canticum novum coram Deo. 5. Quod empti sint a terra. 6. Quod cum mulieribus non sint coquinati &c. C. Apoc. 14. v. 5.

Ipsi demones videntur habere respectum, & reverentiam erga Virgines! Nam ecce! Abbas Joannes non potuit compescere, nec expellere in eurgemeno demonum: cum autem ad eum aliquando venit homo secularis, demon statim

excessit. Indagens in hanc sem Abbatis invenit, quod ille per undecim annos cum uxore sua virginitatem servaverit. E. Verbo *Casitas* n. 3.

321. Pericula optime vincit fuga & metu.

Aliter cum Goliath, aliter cum Beaba pugnandum fuit: ibi pugna, hic fuga: ita &c. S. punct. 32. fol. 137.

Job circa tentationes de patientia stabat: contra cogitationes de Virgine fugiebat. S. lbid. usque ad fol. 140. 141.

Virgo quædam Alexandra pudicitiz insidias passa in specum subterraneanum duodecim annis se concludit, nec commercium admittit cum hominibus nisi per angustum foramen, quo desuper illi alimenta ministrabantur.

Idem habetur de Marana, & Cyra, quæ quadraginta duobus annis in specu delituerunt. D. 8. 55.

Virgo Alexandra, forsitan hæc eadem que supra, qualis a S. Melania, quomodo in solitudine viveret: reposuit se primam diei partem orationi, alteram labori, tertiam lectioni, quartam psalmodiz, & ultimam brevi somno tribuere. Sic sic virgines debent. Sanchez 4. part. c. 4. fol. 281.

Quædam Virgo insidias alicujus juvenis passa in eremum fecerit, ibique septendecim annis delitescit, a nomine hominum visa. Sanchez 5. part. c. 3. fol. 414.

Virgo fugiens Amasium, ut illum non scandalizaret, & in eremum fecedens hoc donum a Deo impetrat, ut illa omnes videret, illa tamen a nemine videretur. Alia per internum quærens amasium, quid illi in se maxime placeret, illeque respondisset, se oculis eius capis, effosus sibi oculos illi misit, ut iis se exaltaret. S. Xaverius dicebat, feminas majori periculo adiri quam studio. Meretrici monuit S. Ephrem, ut terram, non se, aspiceret. C. Gen. 34. v. 1.

Alcames interrogatus, cur inter divitias parce, & jejunare viveret? Respondit: *Debet enim, qui multa possidet, pro ratione, non pro libidine vivere.* C. Levit. 3. vers. 2.

322. Probatum miraculis.

Quidam Abbas, qui Porphyriam meretricem convertit, ut se a criminis suspicionem liberet, ignem manu fert. Sancta Cunegundis super prunas ambulat. C. Gen. fol. 378. col. 1.

Sanctus Britius Episcopus Turonensis

fornicationis accusatus ex infante quaerit, num ille fit ipsius Pater: infansulus articulate negavit. Simile quid contigit Episcopo Brooni &c. C. Gen. fol. 985. col. 2.

Tuccia Vestalis Virgo turpitudinis accusata suam innocentiam probat, dum aquam cribro haustam ad iudicem deferit. Kornmann. fol. 262.

Britius Episcopus impudicitiz accusatus infantem natum coram populo interrogat: an ego sum Pater tuus? Reposuit pulso: Tu non es. Cum autem populus hanc infantuli assertionem magicis artibus tribueret, Britius in innocentiz testimonium ignitos carbones illæsa manu per urbem circumtulit. D. 4. 62.

Claudia Vestalis impudicitiz accusata in testimonium innocentiz navim, quam in sabulo altè immerfam nulla vis commovere poterat, Zona sua adverso lumine Romam traxit. D. 11. 93.

S. Cunegundis a Conjuge Henrico in suspicionem impudicitiz tracta, in signum suæ innocentiz prunis ardentibus inambulata illæsa. Sanchez 6. part. c. 3. fol. 680. C. Dan. 14. v. 62.

Theognia iusta S. Basilii carbones ignitos in sinu gerit, &c. C. Lev. 12. vers. 4.

Sanctarum Virginum corpora Catharinæ Senensis, Agnetis, Magdalene de Pazzi, & aliarum multis sæculis incorrupta testantur dignitatem virginitatis. Corpus S. Cæciliz per 1500. annos incorruptum Romæ in ejus templo semper octoginta lampadibus argenteis ardentibus honoratur. C. lla. 56. v. 5.

323. Quomodo constituta esse debeat.

Rebecca fuit speculum Virginum: Nam 1. fuit laboriosa non otiosa. 2. Cum aqua statim revertitur, non diu moratur in publico. 3. Servo obsequiose famulatur, & plus offert, quam ille petiit. 4. Non illum ipsamet in domum ducit, sed Matri nuntiat. 5. Non curiose inquit, quid negotiorum habeat. 6. Obtemperat parentibus, cum eos videt consentire. 7. Cum vidit sponsum, statim se peppo operuit. C. Gen. c. 24. vers. 15.

Refrenare debet sensus externos, præsertim oculos, *Non dicatis,* ait S. Augustinus, *vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos; quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius.*

Debet esse conjuncta humilitati: ait enim S. Gregorius: cum de ipsa continentia mens elevatione tangitur, plerumque Deus, superbiam desiciens, hanc in

immunditiam operis cadere permittit; *Nulla enim est castitas carnis, quam non commendat humilitas mentis.* Et S. Augustinus: *Audeo dicere superbis continentibus expedit cadere, ut in eo ipso, in quo se extollunt, humilientur.*

In Lodiaco cælesti Virgo media est inter leonem & libram. Per leonem intelligi potest indignatio seu iracundia Dei peccatis lasciviz æternam damnationem minitans: *Leo de tribu Juda.* Per libram intelligi potest districtum Dei iudicium gravitatem peccati luxuriz, & exorta inde scandalosa ponderantia. Inter hæc duo signa leonem & libram cum timore semper vivat Virgo, & nunquam desinet manere signum cælestæ.

324. Conciliat austeritatem & estimationem.

Joannes Bosnenis Episcopus redarguit Frederici Imperatoris impudentiam: *Ecce! Imperator subornavit pulcherrimum suarum concubinarum, ut illum ad lapsum blanditiis traheret. Peccit id femina in loco occulto, clam insipientem Imperatore: Verum Sanctus Vir feminam sonanti colapho ita percussit, ut in terram proccideret. Quo facto Imperator neminem hominum magis, quam hunc Episcopum æstimare cepit!* E. Verbo *Casitas* n. 9.

S. Ignatius Episcopus & Martyr ait: *S. Ignatius, que in Virginitate degunt, in pretio habete, tanquam Christi Sacerdotes.* C. Levit. 1. v. 12. Item lla. 56. vers. 7.

B. Joannes Vildeshimanus Ord. S. Dom. valedictis aule Imperatoris, & humilem vitam elegit. Frederico Imp. impunitatem vitæ exprobravit, qui vindictam sumptuosam instigavit impudentem feminam, ut P. Joannem ad scelus commoveret. Peccit lena, quod iusta fuit, sed foeneri colapho repulsum tulit. Id ubi Imperator innotuit, estimationem de Dei famulo duplicavit, Joannes denique ad supremum totius Ordinis Generalatum evedtus, prodigiis prope mortem sternerit. *Ephem. Dom. 4. Nov.*

Etiam Veteres magnam estimationem sibi conciliaverunt per continentiam: *Contonem, dixerunt, & continentiam ex eo dem utero prognatas videri.* Alexander Magnus noluit captivus Darii filii aspiciere, iniquis: *Turpe foret, si qui virgo vicerat, a mulieribus vinceretur.* &c. C. 1. Petri. 2. v. 11. Item Jac. 1. vers. 14. Jerem. 2. vers. 24. Et Dan. 1. vers. 17.

325. Debet prima iniuria impudentia auersari.

Josephus ad primam vocem impudice mulieris horruit, & apprehensus pallio fugit: S. Ambrosius ait: Contagium judicavit, si diutius moraretur. Esto, O Virgo, quod turpe nihil cogites, sitamen colludas, litteras, munuscula accipis, nonne spem facis proco successu temporis obtinendi id, quod cogitat? C. Gen. 39. v. 11.

S. Vincentius Ferrerius monet Virgines: Resistite in principio, quia si verecundia est perdita, de peccato in peccatum ruitis. B. Seim. 36. n. 32.

Ammon desperabat se potiturum sua forore, sed quamprimum loqui cepit de nuptiis, tunc infelix amar oppressa est. B. Ser. 42. n. 10.

Amalecitas omnes, etiam parvuli debent deleri: ita etiam parve tentationes debent eliminari. S. punct. 32. fol. 139.

Petrus turpiter cadit: Prima tentamenta, ait Hieronymus, sunt mulierum frequentes accessus. S. punct. 9. fol. 575.

Ægyptii Virgines suas ornabant torque, in qua sex aves erant expressæ, turtur, columba, aquila, ciconia, noctua, & alauda; Virgo enim debet esse sola ut turtur, casta ut columba, prompta ut aquila, pia ut ciconia, vigil ut noctua, & devota ut alauda. VV. Art. discurr. font. 79. Ex. 5.

Alexander Magnus invitatus, ut Darii filias pulcherrimas captas viseret, noluit ire: Non committam, ut qui viros vincit, a mulieribus vincat. Idem, in Jovis ara mulierem pulcherrimam videns, cum Hephalion diceret, æquum esse, ut amantem caperet, respondit: Indignissimum est, ut qui aliorum incontinentiam plectimur, ipsi incontinentiam servire deprehendatur. Adolescenti dicens, magnum esse, si, quæ quis concupiscit, assequatur, respondit: Majus est, nihil eorum, quæ non de-cent, concupiscere. C. Leviti. 3. v. 1.

326. Debet exhorrescere sexum alterum.

Pientissima Virgo solitudinis amatissima, cum S. Martino Vir pietate & miraculis clarus ad eam invisere vellet, & omnes propterea illam beatam æstimarent, se Sancto Episcopo videndam non præbuit: id quod S. Martinus adeo præbavit, ut illam summe æstimavit. E. Femina n. 5.

S. Charilephus a Regina invitatus sub spe ingentis præmii non comparuit, sed

nunciari iussit, se nunquam inducendum esse, ut feminam aspiceret. E. Femina n. 9.

S. Bernardus quod incaute aspexisset feminam, tam rigidam a se exegit penam, ut se stagno gelido usque ad collum immergeret, donec frigore penæ fuerit examinatus. E. Femina n. 11.

Josephus Ægyptius utpote juvenis robustus facile potuisset Domina pallium extorquere, sed noluit; quia vel mulierem tangere ipsi contagiosum & venenosum videbatur, non minus quam rabidissimi canis morsus. C. Gen. 39. v. 12. Postmodum evectus ad solum Proregis non vindictam sumpsit de calumniatrice? Quare? forsan amore mansuetudinis? est aliqua ratio; sed puto ideo quia castissimus juvenis noluit cogitare feminam olim impudentem amantem. C. Gen. 39. & 40.

Christe Deus! Purissima Virgo Maria Mater tua intemerata ad Angeli Gabrielis ingressum, vocemque trepidat, & turbatur. Et non horrebit imbecillis & imunda femina viri conversationem, quamvis ille vel Angeli speciem indutus esse videatur! Ita exclamat S. Franc. Sales. Direct. p. 3. c. 9. n. 9.

Religiosus Matrem femulicam per torrentem translatus, manus suas pallio involvit. C. 1. Petr. 2. v. 11.

327. Sollicitè conservatur a Sanctis.

Ille juvenis dum aliter non poterat, linguam sibi præmoedet, & in vultum pro-cacis lenæ expulit. S. Vincentius Ferrerius, quia vincit puellam, quæ se ante illius oculos procaeter nudavit, demones ex illa pellit. S. Philippus Neri, quia non consentit femine pellicenti, scanno percutitur. S. punct. 36. fol. 157.

Quidam Monachus forem ægotam non intueatur. Pia quædam Virgo a Sancto Martino se aspici non patitur. S. punct. 114. fol. 345. E. Femina num. 5.

Sanctus Dominicus, Franciscus, Jordanus, Thomas, Ludovicus, alique, infidias, ac pericula castitatis generose fuerant. C. Gen. fol. 886. col. 2.

Theophyla Virgo a persecutoribus Christi in lupanar detruditor: rogat Deum ut se defenderet, producit Evangelii volumen, legit, meditat; & ecce pro-cus, qui ad eam dehonestandam primus ingressus fuerat, mortuus cecidit: ceteri ingredientes a latere illius vidit: venustissimam juvenem, qui eam custodiebat: mirantes exclamaverunt: *Quis est huius Christianorum Deus?* D. 2. 84. Quæ-

164. Pe-
lissora l.
2. ep. 53.

Quædam Virgo a juvene fere ad infamiam usque amata capillos capitis novacula sibi abradit, tum caput & manus aqua ac cinere tanquam crassa obducit, & sic deformata repulit amatorem. D. 8. 15.

S. Thomas Aquinas ab impudica pellice infidius fratrum ad lasciviam sollicitatus, eam titione fugat.

S. Virgo Brigidissima juveni Ausberto in conjugem promissa a Deo rogat, & impetrat per lepram deformari. Quædam Virgo, teste S. Ambrosio, dum a parentibus ad nuptias destinaretur, in Ecclesiam confugit, ibique altari inhæret tamdiu, donec ab Episcopo consecrationem pro more illius temporis impetravit. Sanch. 5. p. c. 8. fol. 552. & seq.

S. Pelagia cum ab irruentibus militibus inhonorati metueret, dixit, exspectate parum, donec vestes venustiores assumam: interim in sistrigium domus ascendens se precipitavit ex alto egit. Sanch. 6. p. c. 9. fol. 828.

328. Est Deo gratissima.

Veronæ erant duæ sorores, filię Bartholomæi Vitalis Medici, quæ Virginitatem illibate servabant, post mortem in illarum sepulcro apiculæ mellificarunt, eventum tanto mirabiliore, quod hæc animalcula omnem cadaverum fetorem fugiant. Quæ volucres nunc nidificabant in sepulchris nostrorum juvenum? D. 2. 7.

Virginitas in decem Sybillis coronatur prophetico spiritu, & vaticiniis, quæ etiam de vero Messia fundebant. D. 4. 39.

Mercator post naufragium, & jacturam omnium bonorum in carcerem datus a creditoribus, ægre nutritur ab uxore mendicante. Aliquando uxor fuit ad nefas sollicitata a divite cum promisso, quod vellet pro omnibus illius debitis fideiussorem facere. Uxor reposuit, se non esse Dominam sui corporis, sed maritum, illicque exposuit quid rei subesset. Maritus maluit esse inops quam sceleratus. Ea res adeo placuit prædoni in eodem carcere captivo, ut uxori Mercatoris detexerit latentem thesaurum, quem illa eruit, & creditoribus ex asse satisfecit. Ecce! Deus remuneratus est castimoniam horum conjugum. D. 7. 100.

Castitas, & Virginitas insignia præmia recipit a Deo. Josephus Ægyptius quia castus, ad regni solium evehitur: Juditha Holofernem vincit: Sara ab Almodæo liberatur: Susanna calumniæ eripitur. Multorum castorum corpora incorrupta

D. Clausi Spicii, universi. Pars II.

permanent, aut amoenissimum odorem efflant, & S. Augustinus ait: Nuptia mundum, ad Virginitas calum refert. Sanch. 5. p. c. 8. fol. 543.

Pellix cum consensu conjugis ad Episcopatum vocatus est: Postmodum repudiata conjugis zelotypia tacta ut exploraret, an non alteri adhæreret, nosu sub ejus ledicæ se collocavit, viditque splendidissimum Agnum supra ejus pedes recumbere. Sanch. 5. p. c. 8. fol. 554.

Duo conjuges in ipso conjugio servavit castitatem, de his revelatum est a Deo, quod meritis suis superent merita duorum anachoretarum. E. Verbo Castitas n. 2.

Arveni, dum innocens Virgo Georgia moritur, funus illius a magno columbarum, supra feretrum volitantium gregie stipatur &c. C. Lev. 12. v. 6. ad fin.

SS. Julianus & Basilissa in conjugio Virginitatem colentes calico odore resciuntur, & Christus apparens illis sua nomina ostendit in libro vite. S. Amador & Virgini conjugii Angelus duas pulcherrimas coronas aëter de celo. Cum Abbas Joannes in expellendo demone desiceret, adventante quodam juvene demon statim fuit expulsus. Interrogans Abbas ex juvene quis esset, comperit eum cum sua sponfa undecim annis caste vixisse. Sanch. 5. p. c. 8. fol. 552. & seq.

S. Solangia pauperula, cum Virginitatis amore distissimam juvenis nuptias recusavit, ab illo decapitatur, abscessum caput ter SS. Nomen JESU inclamavit, & a sancta hilla sublatum ad sepulchrum delatum fuit. Illa dein in illius regionis Patronam assumpta est. R. 1. p. mir. 31.

S. Ludovicus Episcopus Reginam ad nefas invitante torvo oculo repellit, & oculus ille in sepulchro non computruit, sed post quadraginta annos lucidissimus inventus est. E. Verbo Castitas n. 7.

329. Custoditur contra insidias a Deo.

Deus Josephi castitatem ab hera tentatam defendit, & per Moysen toti orbi dilaudavit. Mulier falso adulteri accusata a carnifice occidi non potuit ultra septies repetito. S. Agnes, Lucia, Theophila, & alie Virgines ad leones & leones damnatæ, ab Angelis illæ præservatæ sunt. S. Cunegundis Henrici Imp. conjux falso adulteri accusata nudis plantis super ferrum candens ambulavit. Nareissium Hierosolymorum Episcopum tres falsi testes criminis accusarunt, & mox tribus malis, quæ sibi imprecati sunt, cæcitate, morbo,

K in-

146
incendio contabuerunt. S. Marina sub habitu viri inter Monachos vivens, stupri acculata a filia hospitis, cum post mortem fuisse feminam compareret, innocens inventa, accusatrix vero a malo demone obfessa primum post septimum diem liberata est, &c. Dan. 14. v. 62.

Verum omnibus illustrius legitur in vita S. Elisabethæ Regine Luthania, quæ apud Regem Dionysium accusata, quod famulum pedisequum adamaret, ita a Deo defensa est, ut accusator a præfatus formicæ errore in clibanum fuerit coniectus, quia interim famulus, cui poena hæc destinata fuerat, in via audiendo Missæ sacrificio commoratus fuerat. Fornax illa hodie in rei memoriam conservatur. C. Dan. 14. v. 62.

S. Thomas ab impudente femina tentatus, ardente titione illam fugavit. Postea ab Angelis cingulo castitatis cinctus, omni deinceps libidinis sensu caruit.

Daria Virgo vestalis a S. Chrysancho ad fidem conversa in lupanar detruditur, sed a leone, qui ex amphitheatro evadens ante fores lupanaris se collocaverat, defenditur: quisquis ad Dariam impudicitæ causa ingredi præsumebat, a leone in terram prosternebatur, & nisi a mandatis Dariæ fuisset prohibitus, prostratus certe occidisset. Sanch. 5. p. c. 8. fol. 560.

S. Agnes in lupanar detrusa defenditur ab Angelo, cumque hoc non obstante Simphorius prætoris filius ingredi, eamque atterere auderet, a demone strangulatus, sed a Virgine iterum a morte suscitatus est. Sanch. 5. p. c. 8. fol. 561.

S. Lucia, cum iussu tyranni in lupanar raptari deberet, adeo immobilis fit, ut vi equorum & instrumentorum a loco dimoveri non poterit.

Cum Christophorum Martyrem tyrannus a fide avertere non posset, impudicas feminas ad eum pervertendum vocavit: sed ecce! cubiculum cælico splendore repletum fuit, & femine mortuis similes in terram collite sunt, quas ille surgere iussas ad fidem convertit. Sanch. 5. p. c. 8. fol. 563.

Virgo Benefrida a Jodoco Regis Alani filio in suo cubiculo occupata per fenestras desilic & in Ecclesiam fugit, quam insequens Jodocus ibi in Ecclesia capite percussit. Sed Jodocus morte punitur, & Virgo ad vitam revocatur. Sanch. 5. p. c. 8. fol. 570.

Juvenis infidatus Virgini, dum illam occupat, vertigine capitis percussus una cum equo in flumen labitur, & submer-

gitur, sed precibus Virginis resuscitatur. E. *Verbum Dei* 7.

Dulcitus Dicoletiani Præfes erga Virgines Agapen & Chionam impuro amore captus, cum illæ in culinam fugissent, eas insectatur, sed a Deo adeo excecatus fuit, ut cacabos & ollas amplexaretur, & eas basiano turpissime se denigraret. Revertens dein ad palatium Dicoletiani, nec suam agnoscentem nigredinem, a factitibus pugnis & ludibrio habitus fuit. E. *Virgo* n. 10.

330. *Forissimo propugnatio usque ad mortem.*

Impudentes mundi filie, si importunitatem sollicitatorum obtendant, putant se satis excusare suum dedecus, dicunt a femina Japonensi Virgines mori posse, superari non posse, si ipsæ non velint. Talis virgo in mancipatum abducta, & turpi quæstui exposita fuit: primum amatorem lingua, & dentibus a se repulit. A Domino verberibus confusa, semper negavit, se consensuram, demum stricto cultro minitanti non restitit, sed vitam ac sanguinem dedit, continuo affirmans, se paratorem esse, ad vitam quam ad Virginitatem amittendam. R. cent. 3. mir. 37.

Margarita in aqua est mollis, exempta vero protinus durefcit. Vv. art. disc. font. 48. ex. 11.

Ita Virginalis pudicitia, quamvis tenera & imbellis sit ex natura sua, in periculis tamen generosa evadit.

Sophronia Matrōna Romana, cum infidias & pericula pateretur a Maxentio tyranno, seipsum occidit, malens vitam quam pudicitiam perdere. E. Verbo aduiter. ex. 4.

Puella Alexandrina maluit in olla fervente pietati exuri, quam impuro Domino consentire, & revera desepit cum risu crudelissima tormenta. E. Verbo Amor illicitus n. 1.

Juvenis castissimus, manibus & pedibus ligatus, cum meretrici aliter resistere non posset, linguam sibi morsu præfodit, & in faciem blandientis expuit. E. *Virgo* n. 16.

S. Pelagia una cum Matre & sororibus, cum infidiatorum vim aliter effugere non poterat, in profuentem profilit, & aquis hausta vitam quam castitatem perdere maluit. D. 2. 47.

S. Euphrasia Virgo Nicomediensis in lupanar abrepta promittit juveni, qui ad eam vitandam advenerat, quod velit illum invulnerabilem reddere: experimentum capturo juveni, ipsa suum collum sicis liquoribus inungit, juvenemque horretur, ut in seipsa nunc probationem faceret,

Nicoph. Calixtus l. 7. lib. 1. p. 19.

eretur, vibrat ille gladium, & uno ictu Virgini caput amputat. In Belgio filia alicujus Advocati militem vim sibi inferre volentem cultro fauciat, qui eius constantiam admiratus post triduum mortuus eam omnium opum suarum heredem scripsit. D. 2. 50.

Cum gentiles Dani sub Belliductibus Hinguar & Stuba in Scoria & Angliam irruentes tyrannice sæviebant, & præsertim Sacris Virginitibus turpissimam vim inferebant, Beata Ebba Abbatisa una cum Monialibus, ut contra lenones essent fecuræ, sibi nasum & labia præciderunt.

Idem fecerunt Sanctimoniales Antiochia irruente Saladino. D. 7. 72.

S. Nicetas iussu tyranni manibus & pedibus ligatus in lecto collocatur, & ab impudica pellice sollicitatur: verum ille sibi linguam præmordet, & hanc una cum sanguine in faciem pellicis expuit. Sanchez. 5. p. c. 8. fol. 561.

S. Sanguina pauperula, gregibus paescendis adhibita, obvolutam a Comitibus ditisimo in sponfam petitur. Negat illa, iste instat: illa fugit, iste insectatur, & prehensam in equo suo collocat. Dum flumen transeunt, illa ex equo desilic, Comes stricto gladio insequitur, & caput illi amputat, quod Sancta manibus suis attollens inter trinam nominis Jesu invocationem ad sepulturam desert. R. 2. p. mir. 31.

Verecundia.

331. *Quam grata Deo.*

Sponsus laudavit sponfam, sicut fragmen mali punici, ita gene tue, quia nimirum verecundo rubore suffulsi. B. Ser. 55. n. 17. M. conc. 25. aff. 2. n. 3.

Sponsa a sponso reprehensa erubuit, & statim laudata fuit propter pulchritudinem. M. conc. 30. aff. 3. n. 4. Publicanus verecunde culpam falsus veniam impetrat. M. lb. n. 10.

S. Ammonius flumen pervadaturus erubescit denudare pedes, & subito arcano ministerio in alteram ripam prodigiōse transfertur. Sanch. 5. p. c. 10. fol. 617.

Innocentes pueruli ad aram servire soliti quotidie jentaculum super aram comedebant, & semper Divinus Pæso hospes illic adfuit. Hac super re conquesti aliquando rogarunt Jesulum, ut & ipse panem afferret, & sibi jentaculum faceret. Divinus infans invitavit eos ad convivium in Pæso Assumptionis B. V. ubi

illi post Sacrum una cum Bernardo Sacerdote eorum Magistro placidissime in ara mortui sunt. R. 1. p. mir. 33.

Etiam sine voce pro Deo perorat: In veste Sacerdotalis mala punica inter tintinnabula pendebat: Cur? quia virtus symbolum verecundia, quæ suo silentio non minus ædificat, quam sermo prædicationis &c. M. conc. 30. s. 3. n. 7. Sanchez. 5. p. fol. 613.

Propugnari innocentiam, & animi candorem: S. Chrysostomus ait: *Habet in se quendam animam pudorem, quem subito calcare atque projicere non potest, sed sensim atque paulatim ex negligentia sed-*

Margaritæ sunt symbolum castitatis: licet sint candidissimæ, si tamen attente inspicuntur, præsertim in radiorum solarium luce, habent aliquid coloris purpurei. Vv. Art. disc. Font. 48. ex. 11. n. 16. Ita Virginitas, præsertim in luce, erubescunt.

332. *Est custos innocentie & virtutum.*

Susanna, ut ait duobus Judicibus accusata, tamen pro innocente habetur, quia verecundia se defendit: *Pudor patronus est pudicitie.* M. conc. 30. aff. 3. n. 5.

Cur sacer Evangelista gladio insequitur, & caput illi amputat, quod Sancta manibus suis attollens inter trinam nominis Jesu invocationem ad sepulturam desert. R. 2. p. mir. 31.

Verecundia, ait Cic. est custos virtutum omnium. Et Val. Max. Est parens omnis beneficii consilii, Magistra innocentie, ca. c. 5.

Proprium Virginum monile est pudor & verecundia: non veniunt in idem pudor, & amor: hinc vocatur pudor virginitatis; hinc S. Gregorius Nazianz. laudat foretorem suam S. Gorgoniam, quæ præ omni mulierum ornatu ruborem, & candorem elegerit. Mirabile est estimatum Terullianus: *Insulam libidinis est videndi*

Virgineum videndi, quam sanctæ Virginitatis, si a viro visa sit, Pudor est traxum viciotum, ait S. Chrysostomus: Econtra impudentia est Mater impudicitia: impudentes sunt similes canibus; Bene, ait S. Hieronymus, canis est meretrix copulans

quæ utrumque animal proum est ad libidinem. C. Eccl. 26. v. 19.

Quo imo S. Ephrem in vita Abrahamæ audacter pronuntiat: *Continentia est virtus spiritualis fundamentum.* C. Lev. 3. v. 1.

Manfuetudo.

333. Injurijs compenfat benefactis.

Christus seruo percutienti injuriam compenfat beneficio. B. Serm. r. n. 14. David illo ipfo tempore, quo ab Abfalone ad interuentionem quaeritur, illi benefacit, rogando Duces, ut feruarent puerum Abfalone. B. Serm. 21. n. 41.

Richardus Rex Angliae in obfidione cujusdam arcis a quodam Beltramo leuiter fauciatus fuit. Occupata arce, adductus fuit jaculator ad Regem, cui ille: Quid mali tibi feci, quod vitam mihi adimas? Repofuit audacter Beltramus: Sat mali mihi fecifti, quia patri meo & duobus fratribus vitam eripuifti: gaudeo de tua morte, quam etiam ego libenter obibo, dummodo tu non fis fuperfes. Quid egit Rex? Veniam dedit occifori, & centum aureos illi numerari praecipit. D. 5. 41.

Mancipium a Domino fuo peflime habitum, cum Domino a militibus ad necem quaeritur, aliquem in leditione occifum, veftibus Domini induit, & militibus ita fucum faciens Dominum fuum jam diu ab alijs efce exanimatum, hunc incolumem in viuis feruat. D. 7. 2.

S. Christophorus a liftoribus grauibus tormentis affectus arbori alligatur, & fagittis petitur: fed fagittae omnes in aere pendentes permanferunt. Tyrannus id miraculum vifurus accurrit, & ftatim illa fagittarum in oculo leditur. S. Christophorus praecipit, ut poft fuam mortem fuo fanguine oculus tingatur, & certo fore fanandum, quod & factum eft. Sanch. 6. p. c. 3. fol. 728.

S. Elifabetha Hungariae Regis filia rogavit Dominum, ut fingulos injuriatores fuos fingulari beneficio pro fingulis injurijs remunerari vellet. E. Ex. 10. v. 11.

334. Eft virtus maxime decens Chriftianum.

S. Christophorus Martyr, cum a Samaritanorum Praefide gentili fonanti alapa percutitur: Bene tibi fit, ait, quod Chriftianus fim: alias certe vindicarem. S. punct. 8. fol. 567.

Christus manfuetate alloquitur Judam: Amice, ad quid venifti? Nefcit enim Chriftianus inimicum, ait Tertull. per quem ad gloriam afcendit. S. p. 148. fol. 461.

S. Bernardus alapa percuffus Chriftianam legem allegat. S. punct. 8. fol. 567. Tertullianus monet: Verberante in fa-

ciem, etiam alteram genam adverte. S. lb. fol. 568.

S. Francifcus Xaverius, & ejus focius Joannes Fernandez in Japone fub conicione fputo in faciem appetuntur, ferunt manfueti, & multos propterea conuertunt. S. punct. 11. fol. 583.

Monachus a femina enurgema colapho percuffus, cum ei mox alteram maxillam praerberet, daemone expulfit, clamantem: Violentia mandatorum Dei me expellit. E. Humilitas n. 8.

Gentiles Philofophi mirum in modum fuerunt manfueti: Cato in balneo percuffus, dein veniam rogatus, non memini, aiebat, me percuffum. Ariftides ad extremum fupplicium ductus, cum ab aliquo inhonoraretur fputo, ridens abfterfit faciem, & comitanti Magiftratu dixit: Admoneiftum, ne poftquam improbe ofciter. De Julio Caefare dicitur, quod nihil obliuifci foletet, quam injurias. Pericles tota die injurijs laceftitus, vefperi injuriantem cum lumine comitatus eft &c. Hac fecerunt gentiles, quid faciat Chriftianus? C. Num. 12. v. 3.

335. Quantum placet Deo.

Sponfa laudatur, quia habet oculos colubarum. Quare? quia columba felle caret, neminem ledit. B. Serm. 54. n. 20. Serm. 59. per totum.

Joanni Gualberto, dum fratris interfectori dat veniam, Crucifixus annuit in modum gratias agentis. Brev. 12. Jul.

S. Stephanus orando pro inimicis meruit, ut beatitudo caeleftis illi obuiam iret. S. punct. 30. fol. 709. Lucratus eft Ecclefia S. Paulum. Num. 12. v. 2.

Homo manfuetus fimilis eft Angelo, imo ipfi Deo. S. lb. fol. 710. M. conc. 3. afs. 1. n. 8. 9. feq.

Moyfes vocatur Deus Pharaonis, quia manfuetus. M. conc. 3. afs. 2. n. 7. C. Exod. 10. v. 11.

Ifaac a Deo benedictionem recipit, quia erga Geraritis perfecutores eft manfuetiffimus. S. Ivo difidentem filium & Matrem Sacrificio Mifae componit. Paphnutio Abbati in meritis comparatur homo faecularis, quia difidentes componere foiebat &c. C. Gen. c. 26. v. 29.

Joannes Thabaeus, difcipulus Abbatris Ammonis, duodecim annis agrotanti fenini feruit, a quo ne unum quodum placidum verbum recepit. Moriturus ergo fenex tenuit manum ejus, & falutem illi appromittit. C. Ex. 10. v. 11.

San-

Sanctus ille Senior ab infidelibus Alexandrinis exagitatus, rogaturque, eequa mira Chriftus fupra naturam feciffet? Hac, inquit, quod injurijs vefttris non moueat. C. Num. 12. v. 3.

Joannes Abbas ait: Porta caeli eft injuriarum perpeffio, Patres noftri per multas injurias in ea gratulantes ingreffi funt. C. Num. 12. v. 3.

336. Eft Virtus gloriofa genofum denotans animum.

Quis fortior Goliath? nonne David? quis Davide? nonne qui Davidem vincit? fed David Davidem vicit Sauli parcedo, ait Chryftofomus. S. punct. 110. fol. 322. Hinc gloriofior redit e spelunca, quam ex arena. S. lbid. fol. 323.

Quae caufa, quod in Genealogia Chrifti folus David Rex vocetur? nonne Salomon Rex? nonne alii Reges? Refpondet Auguftinus: hic proprie Rex, qui non fucceffione hereditaria, fed propria virtute fibi regnum comparavit: qui fibi imperare potest, dignus eft, ut & alijs imperet. S. punct. 110. fol. 324.

Sanctus Paulinus ait: In Chrifto triumphat, qui tunicam auferenti remittit & pallium. S. punct. 15. fol. 595.

Chriftus dicitur Filius Dei, & ex amore humani generis Incarnatus: eft: Judicaturus autem dicitur filius hominis. M. conc. 3. afs. 2. n. 8.

Carolus Magnus filiam, quod cum Eginhardo Secretario fornicata efferet, utrumque mortis reum, non morte puniuit, fed conjugio copulauit. C. Gen. 59. verf. 19. Eandem manfuetudinem fpiravit Rudolphus Imperator iniquens: Immitem me fuiiffe pertrahit, lenem & placabilem nunquam. Ludouicus XII. ex Duce Aurelianenfis factus Rex non fumpsit vindictam contra ciuem, fuum antea inimicum, iniquens: Rex Galliae non ulcifcitur injurias Ducis Aurelianenfis, Alphonfus Aragonum Rex de nimia manfuetudine inculpatus repofuit: An ergo vultis urfos & leones quaere? lbidem.

Monachus iuuenis fub porta Athenis injuriatus ruit. Quaefitus cur rideret? repofuit, integro triennio injurias mercede compenfaui, hodie gratis recipio. Hoc dido admiffus in urbem tanquam fapiens. C. Num. 12. v. 3.

337. Mitigat iram in bofte.

Sermo mollis confringit offa, &c. Ubi D. Claus. Specil. univerf. Pari II.

Chryftofomus: Non in iis, qui ira commoti funt, fed in nobis fitum eft, ut vel extingatur illorum ira, vel ad majus irriteretur incendium. S. punct. 30. fol. 720.

B. Libertinus ab Abbate iracundo feaballo fuperbeo percuffus, patientiffime tulit. Quin imo altera die de genu veniam ab Abbate petiit: quo vifio veniam ab peccaffe confeflus & humiliatus eft. Verum Libertinus fua culpa imputans injuriam, cum a fratribus rogaretur, cur tantum haberet faciem? repofuit, fe in feabellum fuppeditatem impofiffe: ut honori fui Abbatis confuleret. E. Patientia, num. 1.

Jacob rediens in Chanaan fratrem Efaui, cujus iram pertimefcebat, adoravit prouis interam, & eum omnino manfuetum expertus eft. C. Gen. 33. v. 3. & 10.

Alexandro Severo Imper. objigitur: contemptibilem tibi Imperij dignitatem fecifti: & ille repofuit: fed fecuriorum & ditumiorum. C. Gen. 50. v. 19.

Monachus poft conuitia a gentili Philofopho alapa percuffus, mox aliam maxillam ei praebuit, tunc ille adoravit eum, dicens: Vere Monachus es. C. Num. 12. v. 3.

Nihil afeperum eft mitibus, nihil arduum humilibus, ait S. Leo; ficut enim lana bombardarum globos excipit, & fua mollitie eorum impetum infringit, ita manfuetudo, & humilitas omnia dura & afepera fua lenitate frangit, & emollit. C. in Matth. 11. v. 29.

Sermo manfuetus non tantum mitigat iram in aduerfario, fed inluper animum illius & affectum lucratur. Requiritur autem x, ut fermo fit fapiens ac prudens. 2. Ut fit ordinatus, & facili intellectu. 3. Ut fit grauiosus & hilaris. 4. Ut procedat ex corde beneuolens, & amore pleno. C. Prov. 16. v. 21. & 24.

338. Docetur exemplo Sanctorum.

Agathon Abbas nunquam dormitum concessit, nili prius excuffa omni indignatione. Pefius Anachoreta dixit, quod fol per 40. annos nunquam fe iratum viderit. C. Gen. c. 26. v. 29.

S. Ludouicus Rex duos affafinos, qui illi mortem machinabantur, praemiatos & impunes domum remittit. D. 1. 87.

Cuidam vitæ regulam roganti dixit S. Macarius, eas & illa offa mortuorum conuitiare: iuit ille fecitque iufta, retulique Sancto offa ad omnia taciffime. Nunc eas aiebat Sanctus, & offa laudes: iuit, laudauit, retulique itidem offa iuit.

K 3

laiffe. Sic tu fac, subintulit S. Magister dicitur hominum non cura, ad omnia mansuefecit. R. 1. part. mir. 22.

Joseph Ægyptius a Domina calumnie accusatus, in carcerem coniectus est: post triennium a Pharaone, Deo sic disponente, in solium Proregis euectus toti Ægypto imperabat: Quamquam ergo a calumniatrice vindictam sumere potuisset, Scriptura tamen nec verbulo de vindicta meminit. Quanta mansuetudo! C. Gen. c. 49.

S. Agnes resuscitat Præfeti Filium se invadentem: Joannes & Paulus Terentiani filium a dæmone liberant: S. Laurentius & Pergentinus carnisifices suos obrufcentes orando vigori restitunt: S. Sabinius Venustianum Præfidem oculorum dolore sanat. Idem legitur in vita S. Potamienæ, S. Christinæ, S. Anatoliz, S. Eugeniz, Dariz, & aliorum Martyrum. C. Gen. 45. v. 3.

Moyfes eloquium retulit, quod fuerit mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. S. Amma in Monasterio quasi stulta, ludibriis exposta cum id mansue fecerit, a S. Pitirone Dei instinctu declarata fuit omnium sapientissima & sanctissima. C. Num. 12. v. 3.

S. Stephanus Rex Hungariæ dum numeros pauperibus distribuit, coorta inter peulantes rogatores seditione, ab uno graviter injuriatus, eique magna ex parte barba evulsa est. At ille nequaquam ira accensus, sed gaudio perlusus ad Ecclesiam properavit, & Deo gratias egit. H. Serin. 27. fol. 269. Vide supra Lib. 4. Tit. Mansuetudo Sanctorum.

339. Remittit benigne injuriam.

Moyfes oratione placat Deum, volentem punire populum propter injurias tam sibi, quam Moyfi illatas. Discant hic Principes & Prælati, ingratitude subdito- rum, & vitæ tolerare & dissimulare: Imo discant hoc ab ipsiſcitam gentilibus: Themistocles a suis Atheniensibus expulſus fugit ad Artaxerxem eorum inimicum, velum cum Rex ille mittere illum verum contra Græcos, maluit mori, quam patriam oppugnare. Scipio Africanus, qui Hannibalem devicit, tandem accusatus a Romanis in exilium missus est: interrogatus, quomodo se haberet erga patriam ingratam? Respondit: Sicut filius erga Matrem agram. Epaminondas, qui Thebas ad imperium evehit, accusatus, & ad mortem postulatus, respondit: Occidite

me, sed sepulcro meo inscribite, quid patriæ fecerim. C. Num. 14. v. 18.

Præclariores hac in re fuerunt fideles: Theodosius Imp. neminem eorum, a quibus laesus est, ultus est: miranti dixit: utinam hostes meos, dudum mortuos, ad vitam revocare possem! S. Bernardus a quodam suo pugno percussus, cum alii in percussorem involare vellet, inhibuit dicens: Oportet me aliis ignoscere, cui toties a Deo ignoscitur &c. C. Na. 14. v. 18.

Beneficiis vincere inimicos Divinum est: Sic Deus sua pietate certat cum impietate hominum, eo tempore incarnatus, cum mundum vidit, bestiarum more secleratissimum. Hoc novum victoriæ genus Dei & Christi est: Sancta illa rogata: quomodo ad sanctitatem pervenisset, reposuit: Nunquam a quovam lesa sum, quin illi peculiare beneficium impenderim. C. Ita. 7. v. 14.

Sigismundus Imp. reprehensus, quod inimicis vitæ gratiam fecerit, respondit: Tibi utile videtur hostem occidere, quia mortui bella non excitant: At ego inimicum occido, dum parco, & amicum facio. C. lb.

Alphonſus Aragonum Rex, expugnato Stephano, centuriones & milites, qui sibi maledixerant, mira humanitate excepit: cum alii eos morte multandos censerent, aiebat: Malim elemenciam erga hostes quam ex victoria laudem percipi. C. Ita. 7. v. 14.

340. Meretur a Deo defendi contra injurias.

Eſt celebris quæſtio, cur Dominus Deus Sanctos Martyres contra exquisita tormenta immunes fervaverit, rarissimo autem contra idum gladii? & responderetur: gentiles & tyranni, qui Sanctos Martyres ordinariæ, pro veneficis & diabolicis habebant, erant persuasi magicas incantationes valere quidem contra idum gladii, non vero contra exquisita tormenta. Ut igitur Dominus Deus demonstraret, suos Martyres non esse veneficos, permisit illos gladii decapitari, & contra alia tormenta defendit. En si tu injurias non vindicas, Deus tui causam suscipiet. D. 5. 89.

Inter Abbatem & Principem terrenum graves erant discordiæ circa possessionem alicujus fundi, quæ tandem venerunt ad armu. Princeps cum armata militum manu comparuit in arena, ex altera vero parte Abbas cum Monachis cucullatis inermis adfuit, quo conspecto Princeps adeo desiliens veniam rogavit. E. Discordiæ. n. 2. Patriar-

Concordia.

341. Fugat inimicos visibiles, & invisibiles.

Saal obsessus liberatur a dæmone per citharam Davidi, quæ est symbolum concordiæ. B. Serin. 59. n. 3.

Sicut demon gaudet dissidiis & altercationibus ita concordia deiecit, ait S. Chryostomus S. punct. 30. fol. 714.

Assillens dixit, Fratrum inter se concordiam quovis muro firmius esse monumentum. Agelilaus Rex Lacedæmoniorum interrogatus, cur Lacedæmon non cingere- tur muro? ostendens cives armatos, & unanimes, respondit: Hi sunt Spartæ mœnia, significans, unitatem civium, quibusvis manibus esse fortiorem. Lycurgus a Lacedæmonis rogatus, quo pacto contra hostes tuti esse possent? Reposuit: Si pauperes miseris, & contentiores multas deponatis, significans immodicas opes, & discordias duas esse pestes urbi exitiales. Similem in modum Scipio Africanus capta Numantia Tyresium principem rogavit, qua ratione Numantia prius invicta jam manus hosti dedisset: cui ille: Concordia victoriam, discordia exitium præbuit. C. I. Petri 3. v. 8.

Scilurus octoginta habens filios morturus fasciculum telorum singulis porrexit, jussitque rumpere: id cum singuli non possent, ipse tela singula exemit, & singula facile fregit, hoc documentum adiciens: Si concordies fueritis invicti manebitis: contra hi dissidiis ditrahimini, imbecilles eritis, & expugnata faciles. C. I. Petri 3. v. 8.

343. Quomodo conservanda sit.

Si una pars austera, & iracunda sit, altera debet aliquantisper tacere, & mansuere: fulmen, si cadat in petras, omnia distingit, quia resistentiam invenit: si vero cadat in lectum non nocet, quia resistentiam non habet &c.

Displicet Deo fratrum, & amicorum discordia, eamque punit & vendicat: Antiochus Epiphanes Demetrium, fratris Seleuci filium, regno paterno excludit: hinc inter utriusque posterio continua per ducentos annos fure bella, altero alterum vicissim obrutante &c. Econtra fratrum & amicorum amor, gratiam Dei, & hominum conciliat. Quomodo autem hac conservanda ac stabilienda sit, suggerit Casianus hæc fundamenta: I. Superbiam mundi contemptui habeant: indignum e-

Caſian. coll. 16. c. 6.

Patriarcha Moyſes in omnibus actionibus singulari Dei protectione gavisus est, quia fuit mansuetissimus. In hæc & nota ipſius Sanctum fecit illum. En! ficut fideles obedientia erga Deum, ita lenitas & mansuetudo erga proximum sanctificat: mansuetus enim affectus habet ordinatos & compositos, ideoque puros & sanctos. S. Basilus de hac virtute ait: Qui nullum in animo suo perturbationis reliquerit locum, hi demum mansueti appellantur. Et S. Augustinus: Mites sunt, qui cadunt improbitatibus, & non resistunt. S. Aug. 1. de serm. malo. Horum defensionem Deus in se suscepit, sicut fecit Moyſi, & aliis. C. Eccl. 45. v. 4.

341. Concipitur intuitu propriorum peccatorum.

Judas Patriarcha inaudiens Thamar filii sui Her demortui uxorem, & nunc viduam uterum ferre, statim sententiam adversum eam pronuntiavit, ut produceretur, & combureretur. Cum autem illa Judam annulo, armilla, & baculo convicit, illum esse auctorem suæ imprægnationis, statim miscere, & dicere cepit, Justior me est. C. Gen. 38. v. 26.

Cum Judæi Christo Domino adduxerunt mulierem in adulterio deprehensam, ille pronus digito scribebat in terra. Quid scripsit? S. Hieronymus putat, Christum scripsisse omnia illorum peccata; nam hanc Scripturam mox verbo explicans Christus aiebat: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Judæi ergo in ruborem visis propriis peccatis dati, a consilio lapidationis desistentes, & mansuere docti, terga verterunt. C. Joa. 8. v. 6.

S. Apostolus Petrus, qui fidem suam Christo jactabunde supra ceteros dilaudavit, si omnes, ego non scandalizabor! paulo post Divinum Magistrum ter turpissime negavit. Quæſo cur Dominus Deus pudendum hunc lapsum in dilectissimo Apostolo permisit? Nempe ut Petrus, qui erat fidei indolis, mansuere disceret. Christum illum elegit in caput Ecclesiæ, & supremum Antistitem, ideo labi permisus est, ut aliarum infirmitati compati, & intuitu suorum delictorum, alienis connivere disceret, si que exemplum daret Superioribus; qua ratione in suo munere se habere debeant &c. Matth. 26. v. 70.

nim est, ut res vilissima pretiosissima; id est, amor & concordia praebeatur. 2. Ut unusquisque suas refecet voluntates, & unus alteri obediatur. 3. Ut sciat omnia, etiam utilia, & necessaria, postponere bono pacis & caritatis. 4. Ut credat nec iustus, nec iniustus causis penitus esse irascendum. 5. Ut sciat iracundiam fratris aut amici, ut suam curare & mitigare, tanquam utriusque perniciosam. Pimerius Abbas iussit fratribus, ut statum lacesserent iniuriis, cumque statua iniuriis non moveretur, ait, Fratres, ecce septem fumus, si vultis ergo pariter manere, ut lucrum animæ faciamus, sit statua ista nobis in exemplum &c. E. Amos 1. c. 11.

Duo media statuit Cassianus pro firmanda concordia Monachorum 1. Abnegationem terrenarum cupiditatum. 2. Abnegationem propriae voluntatis. C. Ad. Ap. c. 4. v. 32.

344. *Summopere placet Deo.*

Diluvium omnes arbores eradicavit, non oliyam; quia columba ramum attulit. Cur? oliva signum est pacis, & concordiae &c. S. punct. 26. fol. 113.

Moyseis ad laudem Dei omnes evocat, quia placet Deo concordia. M. conc. 3. aff. 3. n. 7.

Deus laudavit omnia creata, sed similitudinem eorum dixit valde bonum, quia illi placet unitas, ait S. Augustinus. C. Gen. c. 1. v. 31.

Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quaecumque petierint, fiet illis a Patre meo. Ubi S. Hilarius: in tantum, ait, humanae pacis concordia studuit Christus, ut unitatis merito omnia impetranda esse confirmet. S. punct. 61. fol. 275. ad finem.

Ubi pax ibi abundantia: Concordia res parva crescunt, discordia etiam maximae dilabuntur. M. conc. 44. aff. 2. n. 7. & seq. C. 1. Pet. 3. v. 8.

Latro ad infantiam Beati Apollonii pacem inter disidentes sanciens, dein cum eo ad Monasterium recedens, noctu in somnis vidit Divinum Iudicem, qui ipsi peccatorum veniam appromissit, cumque hanc ipsam visionem etiam Apollonius habuisset, res insat prodigii habita fuit, quam eventus improbabat. E. *Discordia* n. 3.

Dux mulieres per quindecim annos cohabitantes sine lite & turbatione pacis a Deo adeo estimantur, ut in meritis praebeatur sine Abbati Macario. E. *Discordia* n. 5. Christus Dominus concordiam & pa-

cem in terram tulit, iuxta cantum Angelorum: *Et in terra pax hominibus*: Ubi S. Leo: Pax sit hominibus, quae scilicet eos faciat; bonae voluntatis, qui nimirum alibi vocantur filii dilectionis, dilecti a Deo. C. Ita. 2. v. 4. Et C. Jac. 3. v. 18.

345. *Plurima bona pass se trahit.*

Ex pace omnia bona nascuntur, ideo eam inviolabilem conservare debemus. Paoletti Fer. 3. Paschatis.

Megeisiratus Ephesus Delphos fugiens ab oraculo iustus est ibi civitatem concedere, ubi homines olivae frondibus coronatos saltantes invenerit, Quod cum ille in Asia quadam regione deprehendisset, urbem Eleutem condidit, ex olivae frondibus tanquam pacis signo omnia bona sperans. C. Lev. 2. v. 1. fol. 623. col. 2.

Concordia prosperiter, & divitias parit: Severus Imp. moriens filiis dixit: *Pacite, ut conveniat inter vos, cetera contemnite!* Sic etiam Scilurus octoginta filios habens, morturus fasciculum telorum singulis porrexit, iustique rumpere. Id cum non possent, ipse tela singillatim omnia fregit, addiditque: si concordis fueritis, invicti manebitis, si disidiis distrabimini, imbecilles eritis, & expugnati faciles! Nempe verissimum est illud: *Melius est duos esse firmos quam unum; habens enim emolumentum societatis suae*. C. 1. Petri 3. v. 8.

Concordia est vita beata: In caelis inter milliones Angelorum, & in astris & stellis, licet contrarios habeant motus, summa est concordia; hinc primi Christiani impense studuerunt unanimitati, iuxta S. Lucam: *Multitudinis credentium, erat cor unum, & anima una* &c. C. 1. Petri 3. v. 8.

Otho Imp. voluit cessare Imperio, ut tolleretur bellum civile. Cicero ait: *Pax vel iniusta utilior est iustissimo bello*. E. Antitheses: *Concordia quovis muro firmius est munimentum*. C. Ita. 2. v. 4.

Modestia.

346. *Est amplectenda ex variis motivis.*

Joannes Berchmannus mixtae Modestiae juvenis S. J. varia sibi motiva hujus virtutis proposuit: Modestia, ait, est virtus, quae motus omnes animi, corporisque cum honestate, ac decencia moderatur. Amplexanda est: 1. Ad exemplum B. V. Mariae, quam ob morum decenciam Dionysius fere Deam credidit. 2. Ob praepcepta S. Ignatii de modestia. 3. Quia immodestus

defus injuriam facit Passioni Christi. 4. Ob Dei praesentiam. 5. Ob gloriam, quam inde merecur. 6. Ob exemplum Sanctissimae Beatae Teclae ad supplicium capitis ducta non attollit oculos. Religiosus quidam, dum flumen transvadaturus, horret pedes nudare, mirabiliter transportatur. S. punct. 114. fol. 348.

Virtus Modestiae mire placet Deo & Angelis eo modo, quo delectat homines videre Reginas regio cyclade ornatas.

Cant. 7. *Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis filiae principis*. C. 1. Petri 3. v. 8.

Quares, qua arte, & quibus mediis acquirenda sit modestia? 1. Cogitare se versari in praesentia Dei, & Angelorum, si enim modestissimi sumus in praesentia Regis aut Viri gravis, quid faciemus in conspectu Dei? 2. Conservare internam pacem animae; sicut enim cythara per choros rite in se composita facit sonum harmonicum, & sicut mare, si nullus est ventus, est tranquillum; ita ad pacem animi internam sequitur externa morum compositio. 3. Habere monitores, qui mores nostros notent, sic S. Carolus Borromeus duos aluit Sacerdotes, qui in actiones suas omnes vigilarent, seque libere monerent. 4. Considerare mores Christi, dum viveret, praedicaret, & circumiret vicos & castella; sic fiet, ut pudeat nos irasci, esse impatientes & immodestos. 5. Versari cum modestis sic fiet, ut sicut Avis laetatur morbum istericum; ita nos modestiam ab aliis attrahamus. C. Ibid.

347. *Attemperare debet omnes actiones.*

S. Ambrosius ait: *Speculum mentis plerumque in rebus resurgit: ipsum sonum vocis liberat modestia, ne cuiusquam offendat aures vox fortior. Non in omni usu loquendi, ut sensum qui aut psallere, aut canere, aut postremo loqui incipiat*, &c. M. conc. 20. aff. 3. n. 3.

S. Chrysostr. *Nihil ita animam in tranquillitate, & quiete esse facit, ut mansuetudo & modestia*. C. Gen. c. 13. v. 16. in fine.

Modestia est compositio membrorum, sensuum, vestium, incessus, sermonis, aspectus, vultus, omniumque motuum, & actuum externorum. Est omnium virtutum purpura, sicut purpura Reges, ita modestia decorat fideles. Est ornamentum, & vestis regia hominis, quae mire ipsum speciosum reddit. *In omnibus motibus vestris, ait S. Augustinus, nihil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram decoret sanctitatem*. C. 1. Petri 3. v. 8.

Est effectus, & actus virtutis internae; est enim impossibile, ut quis externe modestus & compositus sit, nisi prius affectus, & passiones internas edomuerit. *Habitus mentis in statu corporis agnoscitur*, ait Hugo Victorinus. Quocirca Angeli saepe in humano corpore apparuerunt, ut angelicos mores, & modestiam exprimerent. S. Tho. quadruplicem effectum modestiae considerat, nam 1. Moderatur appetitum excellentiae. 2. Curiositatem sciendi. 3. Sensuum libertatem, & 4. vestitus vanitatem. C. 1. Petri 3. v. 8.

348. *Aedificat aspicientes.*

Imperator Maximianus non poterat aspicere S. Lucianum propter ejus gravitatem, ideo vel per interpretem, vel vultis oculis eum alloquebatur. Sanch. 5. part. c. 10. fol. 613.

S. Dionys. Mariam, si fides admitteret, pro Dea fuisse habiturus propter ejus modestiam. Sanch. 5. part. c. 8. fol. 614.

S. Mariam de Ognis aspectibus laus ad praesentiam & amaras lacrymas commovebat. Sanch. 5. part. c. 8. fol. 616. Modestus est quasi viva statua virtutis; proximi enim, dum internam virtutem videre non possunt, illam per externam modestiam metantur, & aestimant, qualiter factum est in Esaiis, qui adeo fuere compositi, ut in coetu nullus spueret, nullus sibilum ederet, ita ut Angeli viderentur. C. 1. Petri 3. vers. 8.

Modestia praesertim in verbis, & maxime in correptione, & castigatione trahit animos. Exemplum dedit Christus Dominus: correduus Samaritanam, non dixit: tu es meretrix, sed suaviter illam inducendo, *Voca Virum tuum*; sic delictum illa sponte eum fassa. S. Bonavent. adeo fuit modestus & suavis, ut aspicientium animos ad sui admirationem commoveret. S. Mechtildis adeo amavit silentium, ut muta videretur: in cum esse quis colloquebatur, angelum se audire putabat. S. Lucianus ea erat modestia, ut Maximian. Imp. cum intueri non auderet, metuens, ne ejus gravitate & aspectu ad fidem Christianam traheretur. C. 1. Petri 3. v. 8.

S. Cyprian. tantum sanctitatis & gratiae in ore praeferebat, ut confunderet intuentium mentes, dubitantes plus vereri, aut diligi mereretur. S. Franciscus suos mitebat ambulatum in Deo, dicens: *Ite concionatum!* velorum nimirum modesto & Religioso incessu; morum enim condo est viva, verborum mortua. Pontifex cum suis